



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies  
Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Ermelindis V. 29. Octobris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

. Octob.  
d nego  
vultus,  
juriam  
menta;  
tis: ne-  
illic re-  
ng.  
obris.  
, cùm  
re vir-  
n. Sed  
vene-  
mpositi  
uctissi-  
latione  
men-  
psi sibi  
r mor-  
m im-  
dis au-  
nemo  
um in-  
ecratus  
xit se,  
t. Mox  
cælum  
familiâ  
m, ut  
orrido  
ne san-  
vindi-  
tii te-  
stis,  
19. Octob. VITÆ SANCTORVM. 329  
stis, & sceleris pœnitudine hic ductus, publicâ confessione perfidiam & lacrimis damnavit, sed tot ac tantis, quibus oculi effluenter, mitissimâ vindictâ, quod simul noxam cluerent. Ita cæli patrocinio defensus muneri suo ac loco est restitutus, vixitque NARCISSVS, quam diu nullus flos alius vivit, c. & vi. annos. Ex Euseb. l. 6.

Tu quis es, qui tam improbè, tam manifestè, tam procaciter servo detrahis alieno? noli fratrii tui reprehensibilia acta detegere, sed potius edicito tua. Redi ad te, & discute te, judicate & in staterâ humilitatis appende. S. Laur. Justin. de Vit. solit. c. 4.

### S. ERMELINDIS V. 29. Octobris.

Odem tempore thalamum ERMELINDIS & Dei numquam non rivalis mundus ambivere. Sed exhorruit rectè infamem procum virgo, & duodennis sponsum sibi pulcherrimum è filiis hominum CHRISTVM legit, candidū eundem & rubicundum. At stultissima parentum vota generum mundum malebant; eamque ob rem, pro potestate, cogere filiam ad nuptias parabant. Hic verò illa generoso ausu virginem professâ capillos suos ipsa rescidit, hisque veluti vinculis jam expedita mundo ne nuberet, excessit mundo. Inservi tamen castissima vestigia sunt gemini fratres, iidemque Veneris mancipia. Horum alter cum suam Deo sponsam etiam è templo raptum iret, monita ERMELINDIS à Tutelari Angelo suo, pudori fugâ iterum consuluit, solaque deinceps vixit. Sed quid dico sola? quando cælo Paranyphi adfuere, castissimosque inter Hymenæos ad sponsum suum abduxere. Neque verò mortuam etiam latere sponsam suam hic voluit. Cælestes

Z

iterum

330 VITÆ SANCTORVM. 30.Octob.  
iterum cantus splendorque, sed præcipue odor  
suavissimus mortalibus immortalem ERMELIN-  
DEM prodidere. Cur, nisi ut in odorem castitatis  
etiam tu curreres Mariane? Ex Molano & Surio.

Hæc recordatio magna tibi debet esse instructio: quo-  
niam pro magno diligi non debet, quidquid sine conclu-  
ditur. Illa petenda, illa summoperè diligenda sunt, que  
nec inventa transeunt, nec adepta deficiunt. S.Greg.  
17.Regist.c.54.

SS. ZENOBIUS & ZENOBIA.

30.Octobris.

**A**deste heredipetæ filii, & dilapidare (neque  
enim hoc jam vetabimus) patrimonia vestra  
à ZENOBIO nostro discite. Iste ubi hereditatem  
paternam adiit, totam hanc in pauperes & ægros  
intra non multos dies effudit. Quid frontem con-  
trahitis tam subito avari? an rectius poterat sua  
locare quam cælo, quod, quidquid accipiunt, fidæ  
pauperum manus ferunt? Sed & viventis etiam  
num manum munificam remunerare Deo pla-  
cuit, quando arte medicandi tantâ imbuit, ut vel  
ad tactum ejus omnes passim morbi fugerent, ac  
deinde in patriâ urbe Ægis pontificali pedo, pal-  
mâ denique gloriosâ ornavit. Hanc ille scilicet  
Lysias Proconsuli inter omnia tormenta victor  
extorsit. Et fortè ab equuleo pendens cassas ty-  
ranni minas despiciebat, cum ZENOBII etiam so-  
ror ZENOBIA accurrit, & verò ex eodē tam forti  
sanguine se prognatam jactitans sociam germano  
se junxit. Lysias utrumque in ferreum lectum  
injici & subjici ignem jussit. Sed hunc cælum mi-  
tiore rore facile temperavit. In fornacem succen-  
sam posthæc abjecti iterū flamas triumpharunt,

Superis